

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae VIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

Ad alieni sensus coniecturam] Male agitur cum eo, cui scribenti cogitandum est, non quod ipse probet, sed quid alii probaturi sint. in quo sequitur non iudicium suum, sed coniecturam de alio sensu.

Eundere] Ita scribere, ut animus acquiescat. *Eundere* dixit, tamquam ex difficultate.

De Asiatico itinere] Petierat a Cicerone consilium Caecina, quid sibi esset auctor, in Siciliae subfideret, an ut ad reliquias Asiaticae negotiationis proficisceretur. respondit Cicero: *in Sicilia censo commorandum*. quod se facturum Caecina confirmavit. vide epistolam sequentem: quae tamen ante hanc scripta est. Postea tamen in Asiam Caecina profectus est, fortasse reditu in patriam desperato. nam lib. 13. epist. 66. Cicero eum Seruilio commendans, *te rogo, inquit, atque oro, ut eum in reliquis veteris negotiationis colligendis iuves.*

De nobis] De reditu nostro in patriam.

Vel studio] Quo saepe impeditur ingenium. est enim *studium*,

vehemens quaedam animi affectio et propensio ad aliquam rem.

Capiatur] Translatum verbum, pro, *ad voluntatem nostram traducatur*. sunt enim in potestate nostra, quae cepimus.

Eius omnes] Familiares, qui nominantur epist. 12. et significantur epist. 6.

Nisi forte aut in miseria nimis stulte] Ideo stulte, quia dixit, *sed totum tuum esse*. modeste enim, qui in calamitate est, petere debet.

In amicitia nimis imprudenter] Videndum enim, quid amico oneris imponamus.

Tuae vitae consuetudo] Excusat petitionem suam tribus modis. primum, quod Cicero, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Caesar, optime omnium intelligat: deinde, quod apud ipsum Caesarem eiusque familiares omnes gratia valeat: postremo, quod laborare pro amicis consueverit. Haec dispersa parum attenduntur: collecta, et sub oculos subiecta legentium, copiam in simili argumento non exiguum pariunt.

EPISTOLAE VIII.

ARGUMENTVM.

Datum sibi a Balbo et Oppio scribit, ut Caecinae liceret esse in Sicilia: ibique ut commoretur, suadet.

EXPLANATIO.

Largus] Romanae gentis cognomen.

Tibi praesentitas esse] Ne ultra tibi esse liceret in Sicilia.

Balbus] L. Cornelius Balbus, Gaditanus, pro quo exstat Cicero-

nis oratio. hic absentis Caesaris negotia procurabat. lib. 13. ad Attic. epist. ult. *rationes opinor cum Balbo*. quo loco fuerit apud Caesarem cum C. Oppio, Caesaris ipsius ad utrumque declarat epistola, quae

C

quae